



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Rainerius C. 17. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

MATRE, & aliis Cælitibus obviis SPONSVS venit:
quibus ducibus in cælos abiens, errare etiam crea-
non potuit. Ex Surio ēo Lippeloo.

Putāsne Filium Dei reputat IESVM, quisquis illi
est homo, qui ip̄sus nec terretur comminationibus,
nec attrahit̄ promissionibus, nec preceptis obtempe-
rat, nec consiliis acquiescit? S. Bern. in Serm.

S. RAINERIUS C. 17. Junij.

RAINERIUS Pisanus cupiditatum æstu abre-
ptus, ad infames adolescentiæ scopulos nau-
fragium innocentiae fecit: enatavit tamen arte
p̄tā pœnitentiæ tabulā, & Sacerdoti expiandum se
st̄tit. Sed obstitit noxius pudor, ne omnia probra
deterget, donec Angeli voce silentium incre-
pantis animatus bonâ fide se reuert̄ peregit. Iudex
confessio multam nullam imposuit, professus
eius arbitrium cæleste sibi numen reservasse: ex
eo tempore cùm finem flendi nullum ficeret, oculi
cum lacrymis extillarunt, tanto parentis dolore,
ut vitam abrupturus sibi fuerit, nisi Deus precanti
lumen reddidisset. Publicus deinde pœnitentiæ
præco factus, reversusque Hierosolymis iniusta-
tam in paternis ædibus Mephitis est odoratus,
Causam indaganti, ita olere opes Christus respon-
dit, cæterumque luxus apparatum. Ergo ijs quo-
que abdicatis, Hierosolymitanum iter rudi sag-
indutus repetiit ad durissimas leges vitam omnem
exigens, maximè postquam sobrie cum viro sacra-
to prandentis linguam vespa aculeo fudit, velut
temperantiae vindex. Posthaec enim ad panem &
aquam obsonium nullum adhibuit: condimenta
tamen cælo petebat, sèpè Christum cum Matre
habere convivas solitus, quod prodigijs omnibus,

qzx

Iunij.
venit:
n cæca
uis illa
onibus,
tempo-

abre-
s nau-
n arte-
um se
probra-
incre-
Iudex
offensus
se: ex
, ocul-
colore,
ecanti
tentie
usita-
ratus,
espon-
quo-
sago
mnem
sacra-
velut
em &
nenta
Matre
aibus,
que

17. Junij. VITA SANCTO RVM. 302
quæ plurima patravit, illustrius fuit. Hoc illum
contubernium sanctum fecit, miracula probarunt.
Mortem an. M.C. LXI. obiit. Nos ejus virtutes ta-
ceremus, si sua olim scelera tacuisset. Ex Phil. Fer.

Hec! cur erubescis confiteri, quod facero nequa-
quam erubui? Melius est coram uno ali-
quantulum ruboris tolerare, quam in die judicij co-
ram tot millibus hominum gravi repulsâ denoscari
tabescere. S. Aug. de Visit. Inf.

S. AVITVS CONF. 17. Junij.

O Stendi utique AVITVM Deus mando vo-
luit, cui tantam nascenti lucem circumfudit,
quantam humani oculi ægræ paterentur. Ipse ta-
men latebras quæsivit Mictianensi monasterio ab-
ditus, magni nominis famam adeò non affectans,
ne nullo se libentius quam bruti vocabulo com-
pellari audiret, præter spem votumque ad hono-
ratoria munia productus, fugam iteratò iniit, &
inter nemorum avia mapale molitus, sibi Deoque
vixit. Sed illum nocte intempestâ celesti radjan-
tem luce subulcus reperit, nullo magno viri in-
commodo, nisi in eam usque diem elingui, & mu-
to signo crucis loquendi facultatem dedisset: quid
enim ille prolixius postea, quam sui medici laudes
loqueretur? Ejus præconio proditus, tertiam fu-
gam parabat, nisi Præsum autoritate motus,
boni publici rationem privatis commodis potio-
rem habuisset. Ex inter vallo coeco lumen, mortuo
vitam reddidit, quibus rebus adeò populorum ad-
versus cum accensa studia sunt, ut Aurelianenses
Dunensesque mortui exviis inhiantes, propè ad
arma venerint. Iam castra castris opposita stabant,
concursumque fuisse, si Læsus quispiam summo-

gene-